

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32**

**[S.l.], [9. Jahrh.]**

Vita sancti Simeonis serui dei cum discipulo suo nomine

[urn:nbn:de:bsz:31-65346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-65346)



quiterant cuneo. & recluserunt ostium recesserunt  
inde. Tunc tribunus perueniens facta tali iussit  
panem & aquam ei dare. sed theogenus noluit accipere  
secundum preceptum domini quod audiverat prius  
dicens. Me pascere rex meus. & accipio eius anno  
nam cotidie. & cum mane factum esset. mi  
sit relationem ad regem suum licinium. refe  
rens omnia que fecit theogenus nolentem militare.  
Rescripsit licinius litterari eum mitti. & corpus  
eius non colligi. Accipiens autem iussionem  
tribunus. precepit eum litterari mitti. Tunc  
beatus seruius dei theogenus dignus talis sen  
tentia ambulabat gaudens in vitam eter  
nam. In qua eum desuocavit. & erat uultus  
eius. & omne corpus sanum quasi ab alneo  
& non ac carere esse & eductus ad latitiam  
magnam proficiscens. & exiens inde hypo  
situs nauis est. & peruenit ad locum ubi eum  
mittere habebat. Conuocauit nauitas  
& milites dicens. ut darent ei spatium. dum  
faceret orationem. & stans contra orien  
tem sanctus seruius dei. eleuans manus. orauit  
per horas ferme tres. & ecce illic lux  
facta est magna. cuius fulgore oculi  
nauitatum & militum & cecati sunt. ne  
uiderent angelicam turbam. Uoces  
tantum audiebant conloquentium be  
atissimo theogeno. ita ut nauite timore  
perterriti. nolent eum mittere litterari.  
Ille autem aduersus eos dicens. Quod duo  
bis iussum est facite. & reuertentes inci  
uitatem. credite deo ut habeatis uitam eter  
nam. Eadem eo dicente miserunt  
eum litterari. Reuertentes au  
tem nauite incuitatem re  
nunti  
auerunt que uiderant. & cre  
diderunt in domino & filio ip  
sorum. & a  
lii multi & populo in illa die. & nonnulli  
& legione ipsa. Post hos autem dies sexa  
ginta. facta est pugna uehementis contra  
licinium illic & legione ipsa quicumque

non credebant deum gladio ceciderunt. pro  
quo facto trascens licinius imperator.  
eundem tribunum & obtionem ipsius le  
gionis duo decimo milario. acuitate duci  
iussit. & crura eis frangi precepit. In exem  
plum aliarum regionum. sicut futurum  
iam antea predixerat beatissimus martyr.  
Postquam autem missus est beatus martyr  
in mare uenerunt fideles fratres hoc est eua  
ges eustasius. zoticus & alii multi & fratribus  
sustulerunt corpus eius delictore. Erant  
autem ipsi fideles. & pertinentes ad deum.  
Et miserunt corpus in loculo. & pertulerunt  
nocte. & sepelierunt iuxta muros ciuitatis  
in uilla adamanti fidelissima uiri in epogio.  
In quo loco nunc magna <sup>font.</sup> mirabilia. & om  
nium curantur ualitudines. Fecit autem  
ipse sanctus in carcerem dum sperantur rela  
tiones dies quadraginta nihil omnino ci  
bi gustans. nec aquam uel aliud potum  
bibens. habens celestem gubernationem.  
Hec omnia scripta sunt per omnes ecclesi  
as dei. hoc est in comedia. bithinia. et ad ea  
cizico. Ut in omnibus aduenticis & in popu  
lis passio sancti martiris. & sit fortitudo fra  
trum in dominica fide. natalis eius celebra  
tur. tertio nonas Ianuarias. prestante  
domino nostro ihu christo. quicum patre & spu  
sco uiuit & regnat in secula seculorum amen.  
EXPT PAS. SCA THEOGENIS MARTIR  
**INCIPIT VITA SCA SIMONIS  
SERUIDI. CUM DISCIPULO  
SVO NOMINE ANTONINO  
QUI DISCIPULUS IPSIUS. SCA  
PERT PLURES ANNOS. FUIT  
ET USQUE AD OBITUM SVVM  
MIRABILITER EVM. OBSE  
CVTUS EST. QUOD EST. NO  
NAS. IANUARIAS**



**S**cē recordationis beati simeonis cuius depositionem hodie celebramus. Scutero matris sue. electus est ad nō. & meditabatur apud sillo opera placendi dō. Erat autem iste filius cuiusdam officii nomine. mater autem eius maria dicta est. Ipse uero beatus simeon enutritus a parentibus cum esset annorum tredecim. ad similitudinem beati dauid pascebat oves patris sui. Quadam autem die uident ecclesiam relictam confestum pecoribus recte currentem ad eam. & ingressus audiuit apostolum legentem. & iungens se cuidam seniori dixit ad eum. Domine pater quid est quod legitur. Senex uero respondit ei filiotum quod in lectione illa legitur pro substantia anime & continentia & contemptu seculi istius dicitur. Ille uero interrogauit eum dicens. Quae est substantia anime rogo te ut ceas me pater. Dicit ei senior timere dñm & toto corde & tota anima & ex toto mente. Respondens autem ei beatus simeon. & quid est timere dñm. Dicit ei senior. Tu quime sic interrogas. forsitan temptas me. & ille. non temp. tūc domine pater sed plenius quod dixisti scire desidero. qui a idiota sum & insipiens. Tunc ait illi senex. fili si quod uerum est audire desideras. diligenter attende quae dico. Siquis pro timore dñi ieiunauerit iugiter. & obsecrationes. & uota reddat digne. & humiliauerit se ipsum in conspectu omnium hominum. & non diligat aurum neque argentum neque uestimenta & possessiones. & honorat patrem & matrem. & facit dotem prosequitur. hic feliciter uenit in regnum celorum. Ille autem homo qui fuerit uerbosus. detractor & cupidus. patrem aut matrem non honorificans. nec seniores. nec proximum. hic in tenebras mittetur & terrores. quas praeparauit dñs diabulo. ubi est fletus & stridor den-

tium. Illa enim omnia bona superius commemorata. Licet in ecclesia a multis fideliter impleantur. In monasteriis tamen cum di aduitorio facilius examinantur uel exercantur. Haec enim audiens beatus simeon. cecidit ad pedes senioris illius. & dicit ei. Uere ab hodie tu es pater meus & mater mea. Quia tu es magister bonorum operum. & tu es monstrator uiae regni celorum. Tu enim acquisisti meam animam. & per te eam dñs reuocare dignatus est de inferno. Dñs tibi reddat retributionem & mercedem pro anima mea. Ista sunt enim quae edificant. sicut & saluant. Ecce ego secundum sem̄ consilium tuum domine uadam sicut docuisti me in monasterium ubi dñs uoluerit. & fiat eius uoluntas in me. Dicit ei senior. fili. ante quam ingrediaris in monasterium. regulam uel districtiōnem monasterii tibi aperiam. Adfligi enim habes in monasterio multis seruitiis. sustinere habes nuditatem atque uigilias. Interdum & persecutiones passurus eris. & in proterium audientis. tribulationes etiam. non modicas sustinebis. Sed si inter ista omnia patientiam fortiter & fideliter pro dñi amore tenueris. implebitur tibi illud quod scriptum est. qui perseuerauerit usque in finem. hic seruus erit. Post haec uero beatus simeon seniori illi uale dicens. abiit ad monasterium sc̄i timothei magnifici uiri. & proiciens se ante fores monasterii tribus diebus & tribus noctibus neque manducans neque bibens. Post haec autem egressus abba timotheus eleuauit eum & dicit ei. Unde es fili. uel a quibus parentibus natus es. & quia sic macie adflactus es. aut quod est nomen tuum edierit tibi. & ne aliquid male gesseris. aut forsitan seruus es & dominum tuum timens ad monasterium defensionem con fugis. At beatus simeon cum omni humilitate re-



spondens. & cum lacrimis dixit. Nec aliquod  
crimen admisi. nec alicui homini seruitium  
de beo domine mi. sed seruus di opto esse  
& desidero. si ipse uoluerit. si autem ser-  
uare uoluerit animam meam perditam. ob-  
secro ut me in monasterium suscipias. & om-  
nibus scis fratribus deseruire me iubeas. &  
noli me cremare diutius. Tunc adprehen-  
dit scs abba manum eius. Inducit illum in mo-  
nasterium. & dixit fratribus suis. filioli  
mei ecce trado uobis hunc iuuenem. ut eu-  
regulam monasterii in omnibus doceatis. 7  
Fuit autem in ipso monasterio mensibus  
sex. cum omni humilitate seruens do. &  
scis fratribus oboedientiam prestans. 7  
In quibus autem psalterium uelociter & per-  
fecte didicit. Annonam enim suam sicut  
& reliqui fratres accipiebant. & cum aliis  
fratres amane usque ad uesperum secun-  
dum monasterii regulam ieiunarent. be-  
atus uero simeon interdum post septem di-  
es capiebat cibum. & ita studebat ut hoc  
nemo cognosceret. 7 Secretis autem exi-  
ebat. & annonas suas pauperibus erogabat.  
non sollicitus de castro. Quadam autem  
die egressus ad puteum haurire aquam.  
siculam de qua aquam colligebant habens  
funem de palmis ruscum adprehendit.  
& secretus inuoluit illam atque constri-  
xit in toto corpore suo. ab unguibus usque  
ad scapulas. & regressus dicit fratribus. & cum  
haurire aquam. & non inuenit funem in sicula.  
Illi autem dixerunt. Iace frater ne forte  
hoc agnoscat abba. quo usque tempus prece-  
reat. Non paruo tempore spatio putre fac-  
tum est corpus de obligatione & asperitate  
fimus. quia secabat eum & ad ossa usque in-  
gressus est. Ita ut fortis uix apparere possit.  
Quadam uero die & euntes aliqui & fratribus  
inueniunt eum. & dantem cibum suum pau-  
peribus. & ingressentes monasterium dixe-

runt abbati. 7 Unde nobis adduxisti hominem  
istum. non possumus abstinere sicut iste.  
De dominica usque ad aliam dominicam ieiunat.  
& cibos quos accipit pauperibus erogat.  
Sed & fetor grauissimus ascendit de corpore  
eius. Ita ut nullus iuxta illum alius stare pos-  
sit. & iam cum ambulat. uermes stillant de cor-  
pore eius. & enim lectulus illius uermibus re-  
pletus est. & sciens scs abba inuenit sicut & il-  
li dixerunt. 7 Tunc uocauit illum abba & dixit  
ei. fili. quid est hoc quod dicunt de te fratres  
tui. non tibi sufficit ieiunare sicut & nos. aut  
non audisti euuangelium dicens de doctoribus.  
quia non est discipulus super magistrum. erit  
autem perfectus si sit sicut & doctor eius.  
Dic mihi fili. iste fetor unde procedit. & an-  
de sunt isti uermes sequibus plenus est lectus  
tuus. 7 stans itaque beatus simeon inclinato  
capite nihil respondit ei. pro qua uoluntate abba  
iussit eum & poliare. ut uideret unde fetor il-  
le procederet. & postquam spoluitus est in-  
uenerunt funem illum circa corpus eius.  
Ita ut nihil appareret ex ea nisi summitas.  
& exclamans uoce magna abba ait. Unde  
nobis aduenisti o homo. destruere uis ut ui-  
deo regulam monasterii. & quia non uis quo-  
modo reliqui fratres cum discretionem do ser-  
uire. rogo ergo te recede hinc. & perge quo  
cupis. & tamen cum labore & cum multo do-  
lore tulerunt a corpore eius funem illum de  
quo erat inuolutum. una cum carne eius pu-  
trida. 7 facientes autem illi curam & dili-  
gentiam exhibentes. uix per multos  
dies eum curare potuerunt. 7 Post hoc autem  
scit de monasterio nullo science. Ingressusque  
est in puteum desertum non longe a monaste-  
rio. in quo non erat aqua sed mundi spiritus  
habebant ibi. & ipsa nocte reuelatus abba.  
quod multitudo populorum circumdaret mo-  
nasterium cum fistibus & gladiis dicentes  
& clamantes. Da nobis seruum di simeon non



thimothes. quod si nolueris incendimus te cum omni monasterio tuo. qm exasperastis hominem iustum. & zelo scs abba conuocans scorum monachorum congregationem. dixit ad eos. filioli mei. uisionem uidi. & multum turbatus sum in illa. & exposuit eis quod uiderat. & in alia nocte similiter uidit multitudinem uirorum fortium adstantes sibi & dicentes. Da nobis seruum di si meonem. dilectus est enim ab angelis. quare illum uexasti. maiorem enim gratiam habet apud dm quam tu. Nam hunc ita ds preponere habet in mundo. ut multa signa faciat. que nullus alius fecit. Experge factus autem abba cum timore magno. dixit ad monachos. Fratres requirite mihi hominem illum. & adducite in hunc locum. ne forte omnes propter illum moriamur. Vere scs di est. mirabilia enim uidi. & audiui de illo. Vidit enim in medio angelorum illum stantem. & excubias super eum celebrantes. Tunc omnes monachi & uidentes requirere eum. & ubiq. perambulantes non inuenerunt eum. & uidentes nuntiauerunt <sup>abbati</sup> dicentes. Nullum locum reliquimus ubi non quessissemus eum. Tantum modo in deserto puteum. Edixit illis abba. Rogo uos fratres uadam & ego uobiscum ut queramus eum. uere scs di est. & ueniens scillis quinque fratres uenit ad puteum & faciens orationem descendit cum fratribus in ipsum puteum. Vidensque illos beatus si meon. coepit aduocare eos dicens. Rogo uos serui di relinquitte me una hora. ut reddam spm meum modicum adhuc deficiens est. Valde autem fatigatus anima mea qm exasperaui dm. Dixit que ad illum abba. Ueni serue dm eamus ad monasterium. nunc autem cognoui quod uere seruus di es. Illo autem nolente. cum uiri adducunt eum ad monasterium. & omnes fratres simul proster nunt se ad pedes eius flentes & dicentes. Peccauimus in te serue di summi

Indulge nobis. Beatus autem si meon gemitabat dicens. Quare me grauatis scs fratres canem putridum. & humillimum in felicem & peccatricem. Uos autem estis serui di. & patres mei. & faciens ibi. quasi annum unum. Post haec egressus est occulte de monasterio & pergit non longe in montem. ibique multum temporis fecit. Edificauit que sibi clausuram & sicca ptra. & stetit sic annos tres. Et multi ad eum de uicinis locis fideliter ueniebant rogantes ut pro ipsis oraret. Post haec fecerunt ei columnam quattuor cubitorum. & stetit in ea annos. & perambulabat fama scs de eo. per uniuersas prouincias. & cum admiratione predicabatur. & iterum faciunt eum columnam habentem cubitos duodecim. Rursumque fecerunt illi columnam cubitorum uiginti. stetitque in ea annos uiginti duos. Tunc congregati sunt omnes habitatores loci illius. & edificabant iuxta columnam basilicas duas. & columnam cubitorum triginta. & super ipsam stetit annos quattuor. & coepit uirtutes multas. & mirabilia magna facere. Sed multi languidi ueniebant ad eum. & sanabantur. & demoniaci purgabantur. ceci uisum recipiebant. surdi auditum. muti loquebantur. debiliu manus restituebat. leprosi mundabantur. Hic autem fides sua humiliavit gentes multas. & ad fidem usque xpianam adduxit. Nam audientes uicini ipsius gentis mirabilia que per ipsum dm faciebat. id est saraceni. persi. armeni. arabim. & alie gentes allofilorum ueniebant ad eum. & ut pro ipsis dignaretur orare. humiliter postulabant. & ita mitigabantur de sua barbarie. ut prouincias loci illius omnino non lederent. Post haec autem permittente do & insidante diabolo natus est illi uulnus in femore eius & putrefactus est. ita ut multitudo uermium seate. erent de eo.



Decurtebantque de pede eius in columna & decolumna in terram. Anno autem integro stetit in columna super pedem unum. Quidam autem luernis adstans ei. antonius nomine qui scripsit haec. Iuxta preceptum illius colligebat uermes qui cadebant in terram & portabat illi sursum. At ille ponebat illos sibi ad ipsa uulnera in similitudinem beati iob dicens. manducate quod uobis dominus dedit. Audiens autem basilicus rex saracenorum famam eius. uenit ad eum cum grandi fide & humilitate. ut eius benedictionem accipere mereretur. Videns autem illum stantem sursum & orantem. subito cecidit unus uermis de uulnere eius ad terram. & currens rex ille apprehendit illum cum fide. oculos suos & eo tetigit. & dum eum in manu sua teneret. beatus sirimeon uidens eum ait. Quare hoc fecisti ut inlustres. & quare grauasti. quia grauatus sum sub peccato. ut uermem qui de uulnere peccatoris cecidit. tibi ad oculos mitteres. Cum haec talia basilicus rex audisset. aperuit manum suam ubi uermem illum tenebat. & inuenit margaritam pretiosissimam. & dicit ad beatum sirimeonem. Non est istud uermis putridus. sed est margarita pretiosissima. At ille respondens dixit ei. O homo hoc non promeris meritis. sed secundum fidem tuam datum est tibi. & benedicatur in manibus tuis. omnibus diebus uite tue. Quaesisti benedictionem. decur tibi ad domino. & tunc recessit ab eo gaudens. & deo gratias agens. & sic ambulauit ille plenus fide. Audiens igitur mater beati sirimeonis famam eius post uiginti & septem annos audiens ubi degebat. uenit uolens uidere eum. & prohibita est. quia mulier in illum locum non ingrediebatur dicens illi. Sustine me mater modicum tempus. & simul nos uidebimus si quis uoluerit.

At illa haec audiens coepit plangere & rogare ut uideret eum. & solutus erantibus inire quibat eum dicens. fili. quare hoc fecisti. pro utero quate portauit. satiasti me lacu. pro lactatione quate lactauit. dedisti mihi in suspiria. pro osculo quo te osculatus sum. reddidisti mihi amarissimas lacrimas. Pro labore & dolore quos passa sum pro te. posuisti in me seuisimas plagas. & tantum locuta est ut nos omnes faceret flere. Audiens ille uocem. ponit faciem suam in manus suas & plorauit amarissime. mandans illi dicens. Domina mater qui esce modicum. & uidebimus nos in aeterna requie. At illa coepit dicere. per christum tibi adiuuro qui te edificat. dic mihi si possibilitas est uidendi te. ubi in tanto tempore es alienus a me. & si non est uel uocem tuam audiam & statim moriar. quia patet tuis in tristitia mortuus est propter te. & nunc me ipsam in amaritudine perdam fili. & de tristitia & ploratu. & statim in domino conuersa est. Habebat autem tres dies & tres noctes non cessans deprecari eum. Tunc beatus sirimeon faciens orationem pro illa addidit. reddidit spiritum. & colligentes corpusculum eius adducunt in conspectu sancti sirimeonis. & coepit amarissime flere & ait. Dominus suscipiat te in gaudio. quo tribulasti & laborasti propter me. & portasti me non uem mensibus in uero. & lactasti. & nutristi me in labore. & haec dicens. matris uultus suda uit. & corpus eius commotus est. At nos in sapientes. Ille autem leuauit oculos suos ad caelum dicens. Domine deus uirtutum qui aperuisti cherubin. & serutatus es fundamenta abyssi. qui cognouisti adam ante quam esset. qui promissisti regni caelorum diuitias diligentibus nomen tuum. qui locutus es moysi de rubo ignis. qui benedixisti abraham patrem nostrum. qui introduxisti in paradysum animas iustorum. & animas peccatorum mergas in



perditionem quiduos geminos leones humili  
 asti. & fortia carmina chaldeorum manu tra  
 xisti proseruis tuis. quibetiae coruis deferentibus  
 in montem eseam misisti. suscipe animam eius in  
 pace. et colloca eam in locum sanctorum patrum  
 quia tibi est potestas in saecula saeculorum amen.  
 Post hos uero dies rursus fecerunt illi columnam  
 habentem cubitos quatuoraginta. et stetit in ea  
 annos quatuoraginta. Lucet totum temporis ui  
 tae suae usque ad obitum suum. quo in tempore  
 draco grandis nimis habitabat iuxta eum. &  
 stabat in parte aquilonis. unde nec herbanas  
 cebitur ibidem. Cui etiam introiit lignum  
 in oculum dextrum. Quodam die ecce ueniebat  
 caecus ipse trahens se et applicauit ad hostium mo  
 nasterium iuxta columnam neminem nocens.  
 et ponit oculum suum dextrum in ianua  
 monasterii per tres dies lacens. nulli introe  
 untium insidias faciens. Tunc iubet sanctus syme  
 on ut terra et aqua perfunderetur et stetit  
 ex oculo eius lignum. Videntes autem omnes  
 glorificauerunt dominum. tamen faciebant hoc pro  
 pter metum. Sed et hostia inuoluit se et in  
 in loco immobilis. quarendum omnis populus il  
 le pertransiit. et sic reuersus est sanus in cubili  
 suo. In diebus illis mulier quaedam sciens per  
 noctem uenit ad hirsutam bibere aquam  
 in qua erat paruulus serpens. et bibens  
 transglutiat serpentem mulier. et remansit  
 in uentre eius. et fuit in ea tribus annis. sed et  
 multi methi et in cantatopes et magi  
 adhibentes ei studia nihil prodesse po  
 tuerunt. Post haec adluxerunt eam ad  
 sanctum symeonem. qui sanctis orationibus be  
 nedicens. aquam iussit ei dare bibere.  
 Quam cum mulier illa bibisset. uoce ma  
 gna clamauit. et euomit serpentem  
 illum habentem cubitos tres. et statim  
 crepuit serpens ille et mortuus est. et ad  
 multorum testimonium suspensus est  
 ibi septem diebus. et sana facta est mu

lier. ex illa hora. Multae namque et in nu  
 merae sunt eius uirtutes. quas enarra  
 re uix ualeat quis. Tamen pro ut sunt.  
 breui explicabo sermone. Facta est au  
 tem in locis illis siccitas grauis. ita ut  
 homines et animalia perirentur  
 pro aquae penuria. Tunc sanctus symeon  
 uidentis conuersionem eorum. stetit ad  
 orationem. Itaque horam diei decimam  
 subito disrupta est terra. et factum  
 est chaos magnum ab orientale pla  
 ga ipsius monasterii. et apparuit quasi spe  
 lunca multitudinem aquarum habens.  
 Tunc uerbis sancti symeonis septem aditae  
 ex ea ipsam speluncam apparuerunt. &  
 ex illo tempore aqua ibidem nunquam  
 defecit. In ipsis diebus quidam uenientes  
 de longe. expectantes orationem ipsius. et per  
 horam meridiam diuenerunt paulu  
 lum ad umbraeulum arboris pro par estu  
 ad repausandum. Cum sederent ecce cerua  
 praegnans praeteribat secus illos. et dicitur  
 ad ea. Per uirtutes sancti symeonis te ad uiam me  
 modicum stas ut conprehendas uul te.  
 At illa mox stetit. Quam illi adprehenden  
 tes impulsu temeritate occiderunt eam.  
 et manducauerunt partem aliquam ex ea. statimque  
 obmutuerunt. & coeperunt balare sicut  
 cerua. Currentes autem uenerunt ad  
 sanctum symeonem portantes eorum eam.  
 et fecerunt ibi annos duos. et postea uix  
 aliquando sanitatem recipere potue  
 runt per ipsius orationem. Iniquum  
 est enim peccatum eorum. Corium  
 enim ipsius ceruae suspenderunt ad tre  
 stimonium multorum. ut omnes  
 timerent et benedicerent eam.  
 Post haec parclus bestia uenit in locis illis. &  
 non solum uimenta uel pecora. sed etiam ho  
 mines occidebat et deuorabat. Quae res cum  
 sancto symeoni nuntiata fuisset ab hominibus



loet illius benedixit aquam. et iussit unum  
ex discipulis suis ut in loco illo unde parclius  
ille preterire consueverat. aquam ipsam  
spargeret. Cuius parclius ille ibi uenisset.  
statim cecidit. et exspirauit. Cuius pelle  
tollentes appendebant iuxta illam aliam.  
ut omnes uidentes mirabilia di benedice  
rent dñi symeonis. omnibus diebus. uitae suae  
quemcumque sanabat. precipiebat illi dicens.  
**U**ade in domum tuam. et honorifica dñi qui  
seruauit te. et nunc uides dicens. quod symeon  
te cupauit. ne subito tibi peris contingat.  
et ne presumas uitae pernoctandam. quia pec  
catum est. sed magis in me humilem et  
peccatorem uia suae iuste. suae misse.  
**Q**uam ob rem orientales omnes et barbarae  
gentes quae sunt in illis regionibus. inueni  
unt. Post haec autem duo quidam colle  
gantes socii fuerunt. et laborantes simul p  
annos quinq. diuiserunt inter se quod uisum  
erant adquisisse. unus autem ex illis fraudem  
fecit socio suo. subtraxit de communibus labo  
re aurum solidos centum. et abscondit in  
calliculis suis quinquagenos per singulos. igno  
rans socio suo. Et post haec quod reliquum  
fuit diuiserunt aequaliter. Ergo ille alius col  
lega ignorabat fraudem. quam praeterit de  
socio suo. et dixit ad eum. Frater pariter la  
borauimus tot. annis. et quod dñs nobis dona  
uit pariter sumus aequaliter. Ergo exiit ad  
seum symeonem. et abierunt pariter. Cumque ue  
nissent ad seum symeonem rogauerunt ut ipsi ora  
ret. et inter rogauit eos beatus symeon. Unde est.  
**I**tellexerunt. Nos socii sumus. et simul labo  
rauimus. et quod dñs nobis donauit per oratio  
nis tuas diuisimus aequaliter. Hunc uero  
uenimus grat. Agere dñs. Quibus. sed symeon dixit.  
**U**idete ne aliquam fraudem feceritis. Et  
illi dixerunt. Nullam fraudem fecimus  
domine. sed simpliciter omnia diuisimus.  
**T**unc sed symeon dixit illi qui fraudem fece

rat socio suo. Tolle ergo callicula de pede  
tuo. et da socio tuo. et eritis aequales. Quod  
cum factum fuisset. dixit sed symeon illi cum  
callicula data. fuerit. Aperi illam callicu  
lam. et solidos quos inuenieris quos socius  
tuus fraudauerit tibi tene. ut ad integru  
suis aequales. quia et nulla alia callicula soci  
us tuus aliud tantum habet. et ad p. p. p. p.  
dite cum pace. Igitur quidam homo diues  
ualde. et hic erat decurione Antiochia.  
et subito domum eius combussit incendit  
et exinde homo ille nudus exiit. et abijt  
ad seum symeonem clamans. et dicit ad eu  
**D**omine domum meam incendiam cremauit.  
ceperunt mea facultas mea. Dixit ad eum  
sed symeon. Quantos solidos ibidem habu  
isti. Et ille ait. Habui tria milia. et be.  
tus symeon respondit. Ecce non uis dice  
re habui modicum modicum. Quare  
non dicit ueritate. O homo habuisti  
septem modios solidorum. et nunquam  
aliquid boni fecisti. non fratribus subue  
nisti. non nudos uestisti. non orphanos  
commanuisti. non nudos solacium prestisti.  
non in ecclesia. aliquando oblationem obtu  
listi. et modo quid queris. Et ille respondit.  
**I**llos solidos domine quos perdidisti. Dixit ei  
sed symeon. Respice sursum et respexit.  
uidit quod celum. Et dixit sed symeon. Quid ui  
des. Et ille ait. Uideo celum. Et dixit sed syme  
on. Quantum est altum celum. tantum in  
terris profundum. et inproiecerunt illi solidi p  
eo quod exinde nihil boni fecisti. Igitur  
quidam famosissimus Laro nomine amio  
chus. qui et cognomine uocatur honathas.  
multa mala faciens. et cum multis perse  
queretur. et non possit se ab illis abscondere.  
**Q**uacumque die quasi leo a facie multorum p  
sequentium fugiens. subito ingressus est  
monasterium. et amplexans colum  
nam beati symeonis. coepit amarissime



flere. At ille dixit ei: Quis es aut unde ueni  
 stihomo. Aut quomodo hic introisti. Respon  
 dit ille: Ego sum sonathas latro quoniam  
 mala feci & ueni hic poenitere. At ille scilicet  
 meon. Talis est enim regnum caelorum: et ne  
 uelis temptare meam miseram animam & te  
 rum inueniaris. In seclera ipsa que gessisti;  
 Haec illo dicente: ecce officiales uenerunt ab an  
 tiochia dicentes ad sem symeonem. Trade  
 nobis inimicum et maleficum sonatharne  
 subito commoueatut ciuitas in seditione. bes  
 tiae enim parate sunt ad deuorandum eum.  
 Respondit aut eis scilicet symeon et dixit filioli  
 mei nego adduxi eum huc. quomodo quia addu  
 xit eum ad me maior est me et istis talibus subue  
 nit. talis est regnum caelorum. sed si potestis in  
 tate et recipite eum hinc ego autem non  
 possum quia timeo eum. qui hunc quem di  
 citis misit ad me. Audientes aut haec ui  
 rilli regressi sunt cum timore magno.  
 et introauerunt omnia in antiochia. & per septem  
 dies amplexans et tenens colunna homo ipse  
 dixit ad beatum symeonem. Domine si uibes am  
 bulare uolo. Respondit ei scilicet symeon ait;  
 Iterum ad mala ipsa festinas. dicit illi hona  
 thas. In domine sed teipsum meum impleris. &  
 si eum illo loqueretur reddidit spiritum et uoluit  
 eum sepelire iuxta monasterium. ecce alii  
 officiales uenerunt iterum ab antiochia propter  
 illum. et coeperunt clamare ac dicere. Da  
 nobis inimicum nostrum. omnem enim ciuitatem tur  
 bata est propter illum. Respondit eis beatus  
 symeon dixit. Qui illum huc adduxit uenit  
 cum multitudine caelestis militiae. Ipse est qui  
 potens est in tartarum mittere ciuitatem  
 uestra cum habitantibus. Inca. Qui etiam  
 hunc peccatorem reconciliauit sibi. & ego  
 timui ne subito se occideret. Ideo ipsum be  
 nigniter recepi confugiente huc. Rogo  
 ergo uos ne me amplius inquietis homi  
 nem humilem & pauperem. Et ita homines

illi timore magno repleti regressi sunt. &  
 introauerunt omnia quae uiderunt & audie  
 rant. Regina quaedam cum esset sterilis  
 misit ad sem symeonem deprecans ut ad no  
 obtineret partum dari ipsi regine. Inpro  
 perum enim exid non ualebat sustinere.  
 Cum esset ita mandauit. Reuertere ad domu  
 tuam. Prestabitque dominus petitionibus tuis  
 effectum. Quae reuersa mox partum re  
 cepit peperitque filium qui paruos quinq;  
 neq; ambulauit. neq; loquebatur. Tunc  
 post finis uiri scilicet accedens regina misit ad eu  
 uirum suum cum infantulo plorans. Que  
 cum accessisset dixitque eis beatus symeon. Ma  
 nete hic potens est enim deus adiuuare puerum.  
 Manentibus aut eis puer sanatus est & re  
 uersi sunt cum pace. Una diebus ambulan  
 tibus militibus ad sem uirum. mulier quae  
 dam erat cupiens uidere eum. Sed quia  
 non poterat. put uidit milites plures  
 euntes. arripens habitum militarem com  
 tabatur cum eis. Peruenientibus aut eis  
 ad dispositum locum. dicit mulier militibus.  
 Relinquitte me si uultis ad animalia uestra  
 seruanda. quia non audeo uobiscum introire  
 in habitaculum sancti uiri. Uos uero ingredimini  
 ad benedictionem eius. Cumque fuissent in  
 gressi. dicit eis scilicet symeon. Unus miles ex  
 uobis foris remansit. Quis dixerunt. & iam do  
 mine animalia uestra seruat. Dixit eis scilicet sy  
 meon. Ite ad eum et dicitte ei ita. Noli uex  
 ri neq; ingrediaris huc extra propositum uiri  
 di. Nam et dominus uidens fidem tuam miseratus  
 est tui. Qui egredientes precabantur eam  
 ut ueritatem illis diceret. & mulier pate fecit  
 eis. Omnem ueritatem. & audientes  
 milites benedixerunt dominum mirantes fide  
 eius. Quodam aut tempore ueniente  
 multitudine hominum ut benedicerent  
 ab eo. Ascendit aut minister eius secun  
 dum consuetudinem curiam materio clamans



fanule dī populū hie benedictionē tuam & peccat. iube dimittere eos: ecce enim multas horas sustinentes expectant te: et nullam responsionem dedit: & post paululum ait ad populum clamantem sibi: Fratres carissimi rogo ne molesti mihi sitis de tarditate: quia magna nauis per iclitanti in mari: cum fere hominibus trecentis sensi in spū mihi adiuuare ut pillis orarem: & orauī pro ipsīs ad dñm ih̄m xp̄m qui eis suum dedit auxilium: & benedicens eos dimisit in pace: Tempore igitur illo erat ita magna in regione eadem & diffusī sunt ad eum omnes ab antiochia deprecantes eum ut oraret pillis. Multę enim tunc fiebant domorum: & mors hominum innumerabilium: ita ut frequenter terrę motus etiam ipsius iusti columnam mouerent. Tunc beatus s̄ymeon laetans dixit eis: Fratres mei non sine causa haec mala ueniunt: Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt in suis uoluptatibus non sunt in tanta multitudine qui faciant bonum: & iubet eos omnes in oratione secum prosternere: Ipseque cum eis fecit orationem ad dñm omnibus clamantibus cum lacrimis: dñe miserere & cum diei partem in uocibus cum gemitu consuisissent: dixit eis s̄s̄ s̄ymeon. Ab hac multitudine omnium uestrum unus mecum exauditus est: Nam uox in auribus meis dilata est: quia dixit mihi exauditus est tu & agricola iste: Innotescens enim mihi ut sciretis quantum ualeat homo iustus apud dñm. Tunc iussit agricolam illum uenire coram omnibus & mirante turba dixit: frater per sistens esto in omnibus bonis operibus tuis: cognitum mihi est quod tu solus es exauditus ad nō ab haecurba: sed satis fac nobis quid tibi boni operis sit: ut isti audientes te imitentur: Ille autem hoc dicere nolebat: sed se indignis-

issimum ac peccatorem facebatur: Cui s̄s̄s̄ meon: Noli inquit fili bonū opus dī uite abscondere: nec enim pietantia iubemū ut dicas: sed ut dō gratias agens opera tua & eius pandas: quatenus ea imitari appetant: Tunc coepit dicere homo ille: Cum sim agricola consuetudo est mihi: ut diurno labore: quā opera tuis fuerō in tres partes diuidam: Unam in pauperes: unam in fisco: & tertiam in uictu meo: Cupiens iuxta illud quod legitur in euangelio: proprio stipendio contentus subdere quae sunt dī dō: & quae sunt caesaris caesari: Sed & nunquam in fidiatus sum alicui: nec nocui proximo meo: cupiens ei sicut mihi: haec audientes antiochem honorabant eum deosculantes benignitatem eius: quos beatus s̄ymeon dimisit in pace: Quidam homo malignus iulianus nomine dabarium magistrum militū rogauit dicens: Iube me domine: & ego ascendens deponam s̄ymeonem illum de columna: & adificiam contumelus: Seductor enim: & seducit populum: & accepto permissio: abiit cum plurimis: Accedentes autem focu eius crexerunt scalam ad columnam: ut ascenderet & inde deponeret s̄m s̄ymeonem: & ascendente eo usque ad tertium gradum: segregata est a columna scala: & suspensus est a terra quasi cubitis quatuor: & pendebat in aera & omnes mirabantur: Pendens autem praeanxia & dolore tetendit arcum suum uolens sagittare s̄m s̄ymeonem: & statim arte facta est manus eius nec potuit emittere sagittam: & non solum ex arta: sed & iam & pedagra detentus est usque ad obitum suum pro presumptione: atque audacia: stetit autem beatissimus s̄ymeon in columna: quadraginta et septem annos: Post haec autem imminente die obitus sui: factum est mira die hoc est sexta sabbati: inclinauit se ad orationē sicut consueuerat: migravit ad dñm: Et omnis populus



illum expectabat. ut benediceretur ab eo. & sedi per tres dies quem admodum se inclinauerat. Ita per mansit. & totus populus per illud triduum id est a sexta sabbati usque die dominico ponens genua orabat. Tunc ergo ex hoc pauens ascendit ad ipsum & non parua horae spatia stetit. In conspectu eius dixit ad eum. Surge domine benedic nos. quod populus hic tres dies & tres noctes habet quod benedictionem tuam desiderat & expectat. & cum nihil responderet mihi. iterum dixi ad eum. Quare me contristas. quid offendi supplico te & adiuro per angelum tuum ut remittas mihi. aut forsitan iam nobis migaturus es. & quiescis in dominica pace. Cum ergo uidissem quod non loqueretur mecum cogitavi. ut nulli hoc dicerem. Timebam enim illum tangere. & stans quasi horam etiam. Cum nec anhelitum nec suspirium eius audirem. Inclinavi me & posui aurem meam ad auscultandum. & non erat flatus nisi tantum quasi multorum aromaticum odor ascendebat de corpore eius. & sic intellexi. quia in domino requieuit. & contristatus nimis planxi. Fleui amarissime. & inclinans me osculatus sum oculos eius & barbam. & complexi crines capitis eius cum rugitu & gemitu increpans & dixi. Domine cum me derelinquis hodie. uel ubi inueniam angelicam doctrinam tuam. Quale responsum reddam pro te. quis respiciat columnam sine te. & non luceat. Quid respondeam infirmis quando ueniunt hic & quaerunt et non inueniunt te. Quid dicam aut quid loquar ego humilis. hodie uideo te. crastina uero considero ad dexteram siue ad sinistram & non inuenio te. aut ex quo amictu operiam columnam tuam. Heu me quando ueniunt aliqui homines de longe querentes te. & non inueniunt. quid respondeam uel quid agam miser ego.

Post haec p̄nunia tristitia obdormiuit. Statimq. apparuit mihi sc̄i symeon dicens. Noli timere. non enim derelinquam columnam hanc. nec locum. nec montem benedictum. in quo & illuminatus sum. Sed descende. satisfac populo. & annuntia de me antiochiae secreto. ne tumultus fiat in populo. Ego autem requieui. sicut dñs uoluit. Tu autem ne cesses ministrare in hunc locum. et dñs reddet tibi mercedem in caelis. Exurgens autem a somno. paues factus dixi. Domine. memento mei in requie sc̄a tua. Et subleuans uestimenta eius. et proiciens ad pedes illius. osculatus sum uestigia ipsius. & tenens manus eius. posui sup oculos meos dicens. Benedic obsecro mihi domine. & iterum fleui et dixi. Quales reliquias tollo a te in memoriam. Et haec me dicente. motum est corpus illius. Ego autem timui tangere eum. Et ut nemo sciret. descendi celeriter. & fidelem fratrem nisi antiochiam ad episcopum. Qui statim alio die ueniens cum tribus episcopis. et cum eis ardabarius magister militum cum suis. tendentes cortinas circa columnam sc̄i. defixerunt uestimenta ipsius. Erant autem confixa propter auram. Et deponentes eum de columna. posuerunt iuxta altare ante columnam. ibiq. nebula tenebrosa facta est per circuitum. Ego autem considerabam angelum ueniens. ad uisitandum eum. Et circa horam decimam. seniores septem loquebantur cum angelo. cuius uultus erat sicut fulgur. et uestimenta eius sicut nix. & uocem eius in timore ac tremore tam diu consideravi. quam diu inspicere potui. Quod tamen fuisset mysterium ignoro. nam et ille discipulus qui eum defunctum antiochiae episcopo nuntiavit. dixit se secretioribus horis frequenter angelum uidisse cum illo loquentem. cuius



species erat tanquam fulgur. et uestimen-  
 ta eius sicut nix. Cum autem iaceret  
 scilicet symeon in feretro. uolens papa an-  
 tiochie de barba illius pro benedicti-  
 one aliquid contingere. cum ad hoc  
 extenderet manum suam. statim are-  
 facta est. multaeque obsecrationes et ora-  
 tiones fiebant ab uniuerso populo addm-  
 peo. & sic restituta est manus eius.  
 Et eleuantes eum feretro corpus beati sy-  
 meonis. decluxerunt antiochiam.  
 Omnis autem populus qui erat per circu-  
 ritum regionis illius plangebat. quia ta-  
 les reliquiae tollebantur ab eis. et quia  
 episcopus antiochie adiuuauit. ut nemo  
 tangeret corpus illius. Ueniente uero  
 illo in quantum miliarium ab antiochia  
 in uico qui uocatur merue. nullus po-  
 tuit mouere eum. In quo loco. erat an-  
 tiqua memoria. iuxta uiam. Et erat  
 ibi uir quidam mutus & surdus p annos  
 quadraginta. qui subito currens. cecidit  
 prius ante feretrum. et statim auditum  
 recepit. et locutus est. & laudauit dnm  
 uoce magna. et exclamans dixit.  
 Bene uenisti serue di. Tu uis enim aduen-  
 tus me saluasti. atque sanasti. & si me  
 tuero uiuere. ego tibi seruiam omnibus  
 diebus uitae meae. Et eleuans se app-  
 hendensque unum ex eis qui portabant  
 feretrum. statim iniecit se de illo loco.  
 & ita sanus factus est homo ex illa hora.  
 et omnes gloriam dederunt do. Post  
 quam uero ipse homo redditus est sani-  
 tati. exiit tota ciuitas. et susceperunt  
 corpus beati symeonis sup aurum &  
 argentum. et lapidem pretiosum. cum  
 psalmis et ymnis. canticis et ramis pal-  
 marum. cum cereis & lampadibus. quo-  
 rum nescitur numerus. & posuerunt  
 eum in cassiana ecclesia maiore de qua

preuelationem dñi. translatum e cor-  
 pus eius in aliam ecclesiam. quae uocatur  
 concordiae poenitentia. Et ecce uir au-  
 ream uirgam in manu tenens. lineis in-  
 ductus affuit. & tamdiu ibi stetit. quamdiu  
 cum omni diligentia clausum est sepul-  
 chrum. et ultra non apparuit in illis lo-  
 cis. nec aliquando uisus est. In qua eccle-  
 sia tam magna mirabilia. tantisque sanitates  
 ac uirtutes dñs ad sepulchrum eius digna-  
 tur operari. ut iam non minora sint.  
 quam illa. quae prius per illum in uita  
 sua in columba positum. pius dñs osten-  
 dere dignatus est. Et homo ille qui factus  
 est sanus. ibi seruauit. usque in diem mor-  
 tis suae. Multi autem obtulerunt  
 thesauros antiochie episcopo. pro fide poscen-  
 tes reliquias de corpore beati symeonis.  
 sed propter iusiurandum. nemini p-  
 stitit. Ego humilis et peccator anto-  
 nius. in quo potui. lectionem hanc  
 breuiter composui. Beatus autem. qui  
 habet illam scriptam in libro. et legit  
 in ecclesia. et in domo dñi. Et cum com-  
 memoracionem eius fecerit. mercedem  
 a dño nro ihu xpo recipiet. Celebratur  
 autem dies de positionis scilicet ac beatissimi  
 symeonis. NONAS IANUARII S.  
 regnante dño nro ihu xpo. cui est ho-  
 nor & gloria. cu patre & spu sco. in sa-  
 seculor. am. **EXPLICIT VITA SCS SYMEONIS**  
**INCIPIT VITA SCS PASSIO SCS MARCI**  
**ET VITA SCS IUDAEI THYMOTHEI**  
**POST PASSIONEM & RESURRECTIONEM DNI NRI IHS XPI**  
**ET GLORIOSAM ASCENSIONEM EIUS IN CLOSA AD PATREM**  
**OSCEM. IN ILLIUS NOMINE. MULTI MARTYRES PAS-**  
**SIFICATI SUNT. ET APLI CORONATI SUNT. ET IN NUMERABILES**  
**UICERUNT HUNCE MUNDUM. ET SUPERAUERUNT TYRANROS**  
**CARNIFICES. A HUC TAMEN OBTENEBAT IN SANCTA HOMI-**  
**NU DIABOLI RABIES. ET IDOLA SURDA MATA ET CECI MANU**